

dringende Befriedigung und Abhilfe der Bedürfnisse und Nöthen der Gläubigen so in Anspruch genommen ist, daß er weder bei Tag, noch bei der Nacht eine freie Zeit hat. Aber wenn es gerechte Entschuldigungsgründe gibt, sich den öffentlichen Offizien zu entziehen; so gibt es durchaus keine, daß er nicht dem Offizium des Gebetes, der Privatbrevier-Andacht, Genüge leisten könne. — Nicht minder war Fulgentius besorgt, daß vollends alle Kleriker der Psalmodie und dem Gebete mit allem Eifer obliegen. Deswegen zog er sie von weltlichen Geschäften ab, besorgte ihnen Wohnungen neben der Kirche, gewöhnte sie an den Gartenbau, die Psalmodie und geistliche Lesung, befahl endlich, daß sie nie der Matutin, der Vesper und den Vigilien oder der Nocturn sich entziehen sollten. *)

*) Ibid. c. 29.

(Fortsetzung folgt.)

Lösung von Pastoral-Fällen.

(Fortsetzung.)

(Siehe: Dezemberheft der Monatsschrift. 1851.)

1) Mater filio post mortem mariti declarat, quod non in matrimonio, sed in adulterio sit progenitus, num filius patrimonium restituere debet fratribus?

Ad hanc interrogationem cum sancto A. Ligorio respondemus: filius non tenetur matri, ipsi post mortem

mariti declaranti, quod non in matrimonio, sed in adulterio sit progenitus, fidem præstare, ut docent Azor, Fillinc. Lugo, Less. Lagm. Ronc. Salm. Holm. etc., nam nemo tenetur, credere testimonio unius, etiam probatissimi, ut habetur ex cap.: Relatum de testam. et ex c.: Licet de test., ubi dicitur: „Nulla est causa, quæ unius testimonio, quamvis legitimo, terminetur.“ Cum hoc expediat bono communi, ut vitentur fraudes, quæ secus possint de facili committi. Ideoque dicunt Elbel et alii, quod raro potest accidere, quod mater teneatur se prodere apud filium, quia raro contingere potest, quod filius teneretur credere matri. Sed si unquam ea indicia illegitimitatis Filii adessent, ut nota fuissent, filius jure in foro externo damnaretur, v. g. si mater perspicue demonstraret viri absentiam, aut impotentiam tempore conceptionis, tunc filius teneretur, credere matri, et mater se prodere apud filium.

Ex quibus perspicendum est, filium non teneri restituere patrimonium fratribus, ni mater adultera, eum in adulterio esse progenitum, coram iudice sat firmis argumentis approbasset. —

2) Num licet adulterae marito negare æquivoce adulterium?

Præ ceteris ad hanc quæstionem solvendam de vocabulo: æquivoce sunt quædam exponenda. Aequivocum potest esse pluribus modis, aut cum sermo, aut verbum habet unum sensum literalem et alterum spirituales aut mysticum. Aequivocum dicitur etiam restrictio non pure mentalis, quia pure mentalis est omnino prohibita, uti habetur ex propos. 26. damnata ab Innoc. XI., in qua generaliter

dicebatur, licere negare, se fecisse aliquid, quod revera fecit, dummodo negans intra se intelligat aliquid aliud, quod revera non fecit. Pure mentalis est, cum nullo modo proximus potest animadvertere æquivocum. Non pure mentalis est, cum ex circumstantiis potest proximus arguere, quod tu loqueris, intelligens intus aliud, quam propositio ex se significat, v. g. si aliquid sub sigillo scias, potes dicere: Nescio; nimirum nescio eo modo, quo possim illud detegere; prout dixit Jesus Christus, nescire tempus novissimi judicii: De die autem illa nemo scit neque Filius hominis, Math. 24, 36. intelligendo, quod nesciebat, uti homo: aut ut melius dicunt. Gotti, Tourn. ¹⁾, quod nesciebat, ut revelaret. Sic etiam sentit s. Thomas ²⁾ inquiring, „Dicitur nescire diem, quia non facit scire.“ Idem est, ac si dixisset: nescio ad manifestandum aliis. Et idem sentiunt S. Joann. Chrisost. S. August. S. Hieron. S. Ambros. S. Athanas. S. Basil. S. Hilarius etc., sic testatur Suarez. ³⁾ Pariter illud Christi: . . . „Non ascendo in diem festum,“ Joann. 7, 8. intelligendo manifeste, dum ipse jam occulte se contulit ad templum. Cum ergo justa adest causa, bene possumus licite respondere, imo jurare cum æquivocatione, sive restrictione non pure mentali, quia tunc non intenditur decipere proximum, (quod semper est illicitum), sed permittere, ut ipse decipiatur, cum nec semper teneamur, respondere ad mentem interrogantis.

Nihilominus hoc non licet in iudicio, quia quis-

¹⁾ Tourn. de Incarn. quæst. 11. art. 2 v. Quo autem.

²⁾ S. Thom. 3. p. q. 10. a. 2. ad 1. —

³⁾ Suar. tom. 1. in 3. p. q. 10. a. 2. —

quis a iudice interrogatus legitime, tenetur veritatem dicere; quare qui jurat cum æquivocatione in iudicio, peccat contra justitiam legalem. —

Sed extra iudicium dicunt D. D. multi, quodsi quisjam confessus sit peccatum uni confessario, interrogatus postea ab alio potest dicere, se illud peccatum non admisisse, intelligendo non admisisse ita, ut de-nuo teneatur illud confiteri. Sed quilibet a confessario interrogatur, tenetur patefacere peccandi consuetudinem, ut constat ex propos. 58 damnata ab Innoc. XI. Ita et pauper unum panem habens, requisitus ad mutuandum panem potest dicere se non habere, ex circumstantia paupertatis, scilicet se non habere tantum, ut possit dare, tutius autem responderet, „Uti-nam et haberem! aut, et quis hoc habet? etc.

Ita et adulterae ex multis circumstantiis marito æquivoce adulterium negare licet.

Imo hæc ne tenetur quidem prodere delictum suum, si prolis adesset in adulterio progenitus. Et hac de re S. Ligorius et quidem de restitutione docet: Adultera, cum reparare nequit mariti et filiorum legi-timorum damnum ob prolem spuriam, quæ nata est, tenetur saltem illud compensare suis bonis propriis, aut se privando illis, quæ prætereundum potest, suis in-dustriis, aut inducendo filium, ut religionem ingredia-tur, si sit ad hoc idoneus.

Et nunc respondetur ad interrogationem, utrum teneatur adultera prodere delictum suum? hisce ver-

bis: non teneri, cum prudenter timeret mortem, aut infamiam, et tale suum damnum valde præponderaret damno viri et filiorum legitimorum; sed cum damnum respective esset æquale, aut parum excedens, illa non potest suum celare crimen; ita dicunt communiter Lugo, Sot. Less. Tol. Croix, Roncag. Dian. Tambur. Spor. (contra alios.). Hinc fit, quod adultera debet suum crimen manifestare: 1) Si illa jam sit malæ famæ apud vulgum; aut ut dicunt Less. et Lugo., si femina esset adeo vilis conditionis, ut ejus fama non esset tanti, quanti alterius damnum. 2) Si secus timeretur damnum commune, v. gr. si spurius sit perditis moribus et succedere deberet in principatum. 3) Si illa posset sine multo damno se prodere viro suo; sed recte hic dicunt Lugo et Sporer, difficulter adulteram posse ad id teneri, quia difficulter poterit magnam vexationem evitare, ut infertur de poenitentia, ubi dicitur: Mulieri, quæ de adulterio prolem suscipit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est poenitentia deneganda. Sed contra dicunt communiter Lugo etc., quod mater tenetur se prodere filio spurio, si probabiliter sperare posset, illum sibi crediturum et bonis cessurum. Nec obstat dicere, quod amissio famæ præponderat bonorum amissioni; quia ex una parte non est certum, quod delicti propalatio apud unum vel alterum probum sit gravis infamiæ; imo non videtur improbable oppositum. Ex alia parte mater certe tenetur ad damnum reficiendum, unde quoties certa non est, quod suum damnum sit multo majus damno aliorum filiorum, illa tenetur ad illius reparationem. —

3) Quomodo se gerere debeat confessarius, si sponsis in ecclesia jam paratis pro ce-

lebrandis nuptiis alter eorum in confessione aperiret impedimentum occultum, et non posset sine infamia aut scandalo matrimonium differre?

Nonnulli D. D. suadent, ut pœnitens voveat castitatem, saltem ad tempus, ut possit in differendo matrimonio haec causa proponi. Sed merito dicunt Ronc. et Instructor pro nov. Confess., quod hoc remedium periculo non caret, quia faciliter potest pro praelexu cognosci. Alii autem tenent permittendum esse tale matrimonium, quin aliquid ei dicatur. Sed valde probabiliter et communissime docent Suar. Pignat. Cab. Sanch. Bonac. Roncag. Salmant. etc. cum Benedicto XIV., quod in tali casu et in tali rerum angustia potest dispensare Episcopus; et hanc facultatem dicunt Sanch. Ronc. Castrop. Coninch. Vosq. Val. Salm. Elbel etc. Episcopum posse aliis etiam delegare, etiam generaliter, dum annexa est officio episcopali. Imo dicunt, et quidem non sine fundamento Ronc. et Instructor etc. praefatus cum auctoritate Pignat., quod cum in hac casu lex impedimenti reddatur nociva, posset parochus aut alter confessarius prudens declarare, talem legem non obligare. Advertunt tamen pro majori securitate, et etiam pro reverentia erga ecclesiae leges recurri debere ad sacram pœnitentiarum, ut ab eo obtineatur dispensatio.

4) Utautem interrogatio: Was ist zu thun, wenn die Braut unmittelbar vor der Trauung in der Beicht sagt, daß sie ein einfaches Gelübde der Keuschheit abgelegt habe?

in pagella Decembris anni prioris data rite sol-

vatur, nobis annotandum venit, hunc casum esse summo Pontifici reservatum, imo et a facultatibus quinquennialibus exceptum, Facultate nona sonante: Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera: exceptis votis castitatis et religionis.“ sc. episcopo a S. sede hisce facultatibus gaudenti jus conceditur, et ita certe nuptiae sunt, cum et nulla infamia aut scandalum subest, suspendendae usque ad dispensationem a Papa obtentam.

Quodsi autem ob infamiam, scandalum, incontinentiam, aut sigillum confessionis, vel alias valde graves circumstantias nuptiae suspendi nequeunt, aut ipse episcopus aut confessarius a voto dispensationem conferre potest. Ut legitur in S. Ligorii morali.¹⁾ „In casu tamen urgentis necessitatis, et quando non est facilis recursus ad Papam, si in mora sit periculum gravis damni vel spiritualis, v. g. violationis voti, scandalum, rixarum, vel alterius peccati, vel damni temporalis proprii aut alieni, nimirum gravis infamiae mulieris etc., tunc cum ipsis possunt dispensare (et hoc dicitur extra confessionale), juxta communem, etiam praelati inferiores“, i. e. episcopi et, ut supra diximus, omnes delegati ab episcopis generaliter, et ita confessarii.

In tali casu confessarius tum pro majori securitate, tum pro reverentia erga ecclesiae leges recurri debet ad sacram poenitentiarum, ut ab ea obtineat dispensationem. Dein etiam potest admonere confitentem, commovere conjugem ad abstinentionem a copula usque ad consecutam dispensationem, vel saltem ut poenitens debitum (conjugale) nunquam petat

¹⁾ L. 3. n. 258 v. Notand. I. et II.

intra hoc tempus. — Reservationes etiam ad adificationem, non ad destructionem institutae sunt. —

Nota. Ut autem votum castitatis sit casus Papae reservatus, debet esse votum absolutum, et non poenale aut conditionatum, quod et de votis religionis et trium peregrinationum valet; quia haec vota non ab affectu absoluto erga virtutem procedant.

Votum castitatis itaque et religionis sicut et illarum peregrinationum non sunt reservata: 1) Si sunt facta sub levi. 2) Si facta sunt ex timore intrinseco, licet levi, quia tunc jam non cum plena libertate sunt emissa. 3) Si votum non est perfectum juxta materiam reservatum, ut in voto castitatis esset votum non nubendi, non fornicandi, non petendi debitum conjugale; et etiam votum servandi virginitatem, quando vovens non intendit promittere abstinentiam ab actu venereo, sed solum virginitatis praestantiam servare. Neque, ut supra, votum ad tempus vel futurum vel circumstantiae voti sunt reservatae. — —

(Fortsetzung folgt.)

Noch eine Anweisung zur leichteren Verwaltung des Predigtamtes.

Man kann, um Predigten auszuarbeiten, einen bestimmten Text aus dem h. Evangelium wählen, und diesen mit dem bekannten Versikel: quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur quomodo, quando? in verschie-